

Alte Drucke

**M. T. CICE=||RONIS EPISTO-||LAE AD COMPLVRES ||
SCRIPTAE, QVAS VVLGO || FAMILIARES APPEL=||LARVNT, ||
CVM ARGVMENTIS GI-||berti Longolij, editæ || DE ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1566

VD16 ZV 30873

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER AD C. MEMMIVM, ET CAETEROS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149860

MARCI TVLLII

CICERONIS EPISTOLARVM
LIBER AD C. MEMMIUM,
ET CAETEROS.

M. T. C. S. P. D. MEMMIUS 273



1
Tsi non satis mibi constiterat,
cū aliquanc animi mei molestia,
an potius libenter te Athenis ui-
surus essem, quod iniuria, quam
accepisti, dolore me afficeret:
sapientia tua, qua fers iniuriam,
leticia: tamen uidisse te mal-

lem. Nam quod est molestiæ, non sane multo leuius
est, cum te non uideo: quod esse potuit uoluptatis,
certe si uidissem te, plus fuisset. Itaque non dubi-
tabo dare operam, ut te uideam, cum id satis com-
mode facere potero. Interea quod per literas, & agi
tecum, & ut arbitror, confici potest, agam. Nunc
te illud primum rogabo, ne quid inuitus mea causa
facias: sed id, quod mea intelliges multum, tua nullam
in partem interesse, ita mibi des, si tibi, ut id libenter
facias, ante persuaferis. Cum Patrone Epicureo mi-
hi omnia communia sunt: nisi quod in Philosophia ue-
hementer ab eo dissentio. Sed & initio Romæ,
cum te quoque & tuos omneis obseruabat, me coluit in
primis: & nuper, cum ea, quæ uoluit de suis commo-
dis, & præmijs consecutus est, me habuit suorum de-
fenсорum & amicorum fere principem: & iam a
Pbædro, qui nobis, cum pueri essemus, antequam
Phio

Philonem cognouissemus, ualde, ut Philosophus, potest tamen, ut uir bonus, & suavis & officiosus probabatur, traditus, mihiq; commendatus est. Is igitur Patro, cum ad me Romam literas misisset, ut te sibi placarem, peteremq; ut nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes: nihil scripsi ad te ob eam rem, quod ædificationis tuæ consilium mea commendatione nolebam impediri. Idem, ut ueni Athenas, cum idem ut ad te scriberem, rogasset, ob eam causam impetrauit, quod te abieciisse illam ædificationem constabat inter omnes amicos tuos. Quod si ita est, & si iam plane tua nihil interest: uelim, si qua offensa iuncula facta est animi tui, peruersitate aliquorum (nou enim gentem illam) des te ad lenitatem, uel propter tuam summam humanitatem, uel etiam honoris mei causa. Equidem, si quid ipse sentiam, queris: ne cur ille tantopere concedat, uideo, nec cur tu repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest, quam illi laborare sine causa. Quamquam Petronis & orationem & causam tibi cognitam esse certo scio: honorem, officium, testamentorum ius, Epicuri auctoritatem, Phædri obtestationem, sedem, domicilium, uestigia sumorum hominum, sibi tuenda esse dicit. Totam hominis uitam, rationemq; quam sequitur in Philosophia, derideamus licet, si hanc eius contentionem uolumus reprehendere. Sed mehercule quando illi cæterisq; quos illa delectant non ualde inimici sumus: nescio an ignoscendum sit huic, si tantopere laborat: in quo etiam si peccat, magis ineptis, quam improbitate peccat. Sed ne plura (dicendum enim aliquando est) Pomponium Atticum

ficum sic amo, ut alterum fratrem. nihil est illo mihi
nec carius, nec iucundius. Is, non quo sit ex istis (est
enim omni liberali doctrina politissimus) sed ualde di-
ligit Patronem, ualde Phædrum amauit: sic a me hoc
contendit homo minime ambitiosus, minime in rogi-
tando molestus, ut nihil unquam magis: nec dubitat,
quin ego a te nutu hoc consequi possem, ita etiam, si
ædificaturus esses. Nunc uero si audierit, te ædificati-
onem deposuisse, neque tamen me a te impretrasse: non te
in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit.
Quamobrem peto a te, ut scribas ad tuos, posse tua
uoluntate decretum illud Areopagitarum, quem
ἱεροκλυῆτος ἱεροδωτὶς illi uocant, tolli. Sed redeo ad pri-
ma. Prius uelim tibi persuadeas, ut hoc mea causa li-
benter facias, quam ut facias: sic tamen habeto, si fe-
ceris quod rogo, fore mihi gratissimum. Vale.

M. T. C. S. P. D. C. MEMMIO. 274

C Aio Auiano Euandro, qui habitat in tuo sacra-
rio, et ipso multum utor, et patrono eius M.
Aemilio familiarissime. Peto igitur a te maiorem in-
modum, quod sine tua molestia fiat, ut ei de habitatio-
ne accomodes. Nam propter opera instituta multa
multorum subitum est ei remigrare Calend. Quintili-
as. Impedior uerecundia, ne te pluribus uerbis rogẽ.
Neque tamen dubito, quin, si tua nihil, aut non multum
inter sit, eo sis animo, quo ego essem, si quid tu me ro-
gares, mihi certe gratissimum feceris. Vale.

M. T. C. S. P. D. C. MEMMIO 275
Aulum

3

Avlum Fusum unum ex meis intimis obseruantissimum, studiosissimumq; nostri, eruditum bonitatem & summa humanitate, tuaq; amicitia dignissimum uelim ita tractes, ut mihi coram recepisti. Tam mihi gratum id erit, quam quod gratissimum. Ipsum praeterea summo studio, & summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris. Vale.

M. T. C. Q. VALERIO Q. F. OR.

276 CAE LEG. PROPRAET. S. D.

4

Cum municipibus Volaterranis mihi summa necessitudo est: magno enim meo beneficio affecti, cumulatissime mihi gratiam retulerunt: nam nec in honoribus meis, nec in laboribus unquam defuerunt. Cum quibus si mihi nulla causa intercederet, tamen quod te uehementissime diligo, quodq; me a te plurimi fieri sentio, & monerem te, & hortarer, ut eorum fortunis consuleres, praesertim cum prope praecipuam causam haberent ad ius obtinendum. Primum quod Syllani temporis acerbiter. Deorum immortalium benignitate subterfugerunt. Deinde quod summo studio Populi Romani. a me in consulatu meo defensi sunt. cum enim Tribuni plebis legem iniquissimam de eorum agris promulgassent, facile S. P. Q. R. persuasi, ut eos ciueis, quibus fortuna peperisset, saluos esse uellent. Hanc actionem meam C. Caesar primo suo consulatu in lege Agraria comprobauit, agrumq; Volaterranum, & oppidum omni periculo in perpetuum liberauit: ut mihi dubium non sit, quin is, qui nouas necessitudines adiungat, uetera sua beneficia conseruari uelit. Quamobrem et si tuae prudentiae, aut sequi eius

cuius auctoritatem, cuius sectam atq; imperium summa cum tua dignitate secutus es: aut certe illi integram omnem causam reservare. Illud uero dubitare non debet, quin tam graue, tam firmum, tam honestum munus tibi tuo summo beneficio in perpetuum obligari uelis. Sed hæc, quæ scripta sunt supra, eo spectant ut te hortor & suadeam. Reliqua sunt, quæ pertinent ad rogandum: ut non solum tua causa tibi consilium me dare putes, sed etiam quod mihi opus sit me a te petere & rogare. Gratissimū igitur mihi feceris, si Volaterranos omnibus rebus integros, incolumeisq; esse uolueris. Borum ego domicilia, sedes, rem, fortunas, quæ a dijs immortalibus, & a præstantissimis in nostra Republica ciuibus summo S.P.Q.R. studio conseruatae sunt, tuæ fidei, iusticiæ, bonitatiq; commendo. Si pro meis pristinis opibus facultatem mihi res hoc tempore daret, ut ita defendere possem Volaterranos, quemadmodum consueui tueri meos: nullum officium, nullum deniq; certamen, in quo illis prodesse possem, prætermitterem. Sed quando apud te nibilo minus hoc tempore ualere me confido, quam ualuerim semper apud omnes: pro nostra summa necessitudine, pariq; inter nos, & mutua beneuolentia abs te peto, ut ita de Volaterranis mercare, ut existiment cum quasi diuino consilio isti negotio præpositum esse, apud quem unum nos eorum perpetui defensores plurimum ualere possemus. Vale.

M. T. C. Q. VALERIO Q. F. ORCAB
LEG. PROPRAET. S. P. D. 277

Non moleste fero eam necessitudinem, quæ mihi tecum est, notam esse quam plurimis: neque
tamen

tamen ob eam causam, quod tu optime existimare potes te impedio, quo minus susceptum negotium pro tua fide et diligentia ex uoluntate Caesaris, qui tibi rem magnam, difficilemque commisit, gerere possis. Nam cum multi a me petant multa, quod de tua et ga me uoluntate non dubitent, non committo, ut ambitione mea conturbem officium tuum. Caio Curtio ab imetate ætate familiarissime sum usus. Eius et Syllanæ temporis iniustissima calamitate dolui: et cum ijs, qui similem iniuriam acceperant, amisisset omnibus fortunis, reditus tamen in patriam uoluntate omnium concedi uideretur, adiutor incolunitatis suæ. Is habet in Volaterrano possessionem, cum in eam tanquam e naufragio reliquias contulisset. Hoc autem tempore cum Caesar in senatum legit: quem ordinem ille ista possessione amissa, tueri uix potest. Grauiissimum autem est, cum superiori factus sit ordine, inferiorem esse fortunam: nimeque conuenit, ex eo agro, qui Caesaris iussu diuidetur, eum moueri, qui Caesaris beneficio senator sit. Sed mihi minus libet multa de æquitate rei scribere, ne causa potius apud te ualuisse uideatur, quam gratia. Quamobrem te maiorem in modum rogo, ut Caio Curtij rem meam putes esse, quicquid mea causa faceret, ut id C. Curtij causa cum feceris, meum existimes. Quod ille per me habuerit, id me habere abs te putato. Hoc te uehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

M. T. C. Q. VALERIO Q. F.

278

ORCAB S. P. D.

Suales, bene est, ego quidem ualeo. Credo te memoria tenere, me et coram P. P. Cuspietecum locutum

catum esse, cum te prosequerer paludatum: & idem
 postea pluribus uerbis tecum egisse, & quoscumq; tibi
 eius necessarios commendarem, haberes eos in nume-
 ro meorum necessariorum. Id tu pro tua summa erga
 me beneuolentia, perpetuaq; obseruantia mihi libera-
 lissime atq; humanissime recepisti. Cuspius homo in
 omnis suos officiosissimus, mirifice quosdā homines
 ex ista prouincia tuetur & diligit, propterea quod
 fuit in Aprica bis, cum maximis societatis negotijs,
 præsset. Itaq; hoc eius officium, quod adhibetur ero-
 gallos, ego mea facultate & gratia soleo, quantum
 possum, adiunare. Quare Cuspiatorum omnium com-
 mendationis causam hac tibi epistola exponendam
 putauit, reliquis epistolis tantum faciam, ut notam ap-
 ponam eam, quæ mihi tecum conuenit, & simul signi-
 ficem de numero esse Cuspij amicorum. Sed hanc com-
 mendationem, quam bis literis consignare uolui, scia-
 ro esse omnium gratissimam. Nam P. Cuspius singu-
 lari studio contendit a me, ut tibi quam diligentissime
 L. Iulium commendarem. Eius ego studio uix uideor
 mihi satisfacere posse, si utar uerbis ijs, quibus, cum di-
 ligentissime quid agimus, uti solemus. Noua quædam
 postulat: & putat me eius generis artificium quoda-
 dam tenere. Ei ego pollicitus sum, me ex intima no-
 stra arte deprompturum mirificum genus commenda-
 tionis. Id quando assequi non possum, tu reuelim effi-
 cias, ut ille genere mearum literarum incredibili quid-
 dam perfectum arbitretur. Id facies, si omne genus li-
 beralitatis, quod & ab humanitate & potestate tua
 proficisci poterit, non modo re, sed etiam uerbis, uula-
 tu deniq; exprefferis, quæ quantum in prouincia ua-

leant, uellem expertus esses. Sed tamen suspicor ipsum hominem, quem tibi commendo, per dignum esse tuae amicitiae: nec id solum, quia mihi Cuspius dicit, credo (tamen si id satis esse debeat) sed quia noui eius iudicium in hominibus et amicis deligendis. Harum literarum uis quanta fuerit, propediem iudicabo, tibi, ut confido, gratias agam. Ego, quae te uelle, quae ad te pertinere arbitror, omnia studiose diligenter curabo. Cura ut ualeas.

M. T. C. Q. VALERIO Q. F.

279

S. D.

Publius Cornelius, qui tibi has literas reddidit, est mihi a P. Cuspicio commendatus: cuius causa quanto perere cuperem, deberemque, profecto ex me facile cognouisti. Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac commendatione mihi Cuspius quam maximas, quamprimum, quam saepissime gratias agat. Vale.

280

M. T. C. CLVVIO S. P. D.

Cum in Galliam proficiscens, pro nostra necessitudine, tuaque summa in me obseruantia ad me domum uenisses, locutus sum tecum de agro uectigali municipij Athelani, qui esset in Gallia: quantoque opere eius municipij causa laborarem, tibi ostendi. Post tuam autem profectiorem, cum et maxima res municipij honestissimi, mihique coniunctissimi, et summum meum officium ageretur, pro tuo animo in me singulari existimaui me oportere ad te accuratius scribere: etsi non sum nescius, et quae temporum ratio, et quae tua potestas sit, tibi negotium datum esse a C.

Caesare

Cæsare, non iudicium, præclare intelligo. Quare a te tantum peto, quantum & te facere posse, & libenter mea causa facturum esse arbitror. Et primum uelim existimes, quod res est, municipij fortunas omneis in isto uectigali cōsistere: his autem temporibus hoc municipium maximis oneribus pressum, summis affectibus esse difficultatibus. Hoc etsi cōmune uidetur esse cum multis: tamen mihi crede singulareis huic municipio calamitates accidisse, quas idcirco non commemoro, ne de miserijs meorum necessariorum conquerens, homines, quos nolo, uidear offendere. Itaque nisi magnam spem haberem, C. Cæsari nos causam municipij comprobaturus: non erat causa, cur a te hoc tempore aliquid contenderem: sed quia confido, mihiq. persuasi, illum & dignitatis municipij & æquitatis & etiam uoluntatis erga se habiturum esse rationem: ideo a te non dubitavi contendere, ut hanc causam illi integram conseruares. Quod etsi nihilo minus a te peterem, si nihil audiuissem te tale fecisse: tamen maiorem spem impetrandi nactus sum, postea quam mihi dictum est, hoc idem a te Reginenses impetrauisse. qui etsi te aliqua necessitudine attingunt: tamen tuus amor in me, sperare me cogit, te, quod tuis necessarijs tribueris, idem esse tributurum meis: præsertim cum ego pro his unis petam: habeam autem, qui simili causa laborent, complureis necessarios. Hoc me non sine causa facere, neq. aliqua leui ambitione commotum a te contendere, etsi te existimare arbitror: tamen mihi affirmanti credas uelim, me huic municipio debere plurimum: nullum unquam fuisse tempus, neq. bonorum neq. laborum meorum, in quo non huius municipij

nicipij studiū in me extiterit singulare. Quapropter a te etiam atq; etiam pro nostra summa coniunctione proque tua in me perpetua & maxima beneuolentia maiorem in modum peto atq; contendo, ut cum fortunas agi eius municipij intelligas, quod sit mihi necessitudine, officijs, beneuolentia, coniunctissimum id mihi des. Quod erit huiusmodi, ut si a Cæsare, quod speramus, impetrauerimus, tuo beneficio nos id consecutos esse iudicemus. Sin minus, pro eo tamen id habebimus, quando a te data est opera, ut impetraremus. Hoc cū mihi gratissimum feceris: tum uiros optimos, homines honestissimos, eosdemq; gratissimos, & tua necessitudine dignissimos, summo beneficio in perpetuum tibi tuisq; deuinxeris. Vale.

M. T. C. M. RUTILIO

281

S. P. D.

9 **C**um & mihi conscius essem, quanti te facerem, & tuam erga me beneuolentiam expertus essem, non dubitavi a te petere, quod mihi petendum esset. P. Sextium quanti faciam, ipse optime scio: quanti autem facere debeam, & tu & omnes homines sciunt. Is cum ex alijs te mei studiosissimum esse cognosceret, petiuit a me, ut ad te quam accuratissime scriberem de re C. Albini Senatoris: cuius ex filia natus est L. Sextius optimus adolescens, filius P. Sextij. Hoc idcirco scripsi, ut intelligeres non solum me pro P. Sextio laborare debere, sed Sextium etiam pro Albino. Res autem hæc est, a M. Laberio C. Albinus prædia in æstimationem accepit: quæ prædia Laberius emerat a Cæsare de bonis Plotianis. ea si dicam non esse

*Et speramus nos Vult. Aug. is dicit.
Fals. D. B. S.*

esse e Republica diuidi, docere te uidear, non rogare. Sed tamen cum Cæsar Syllanas uenditiones et agnationes ratas esse uelit, quo firmiores existimentur suæ: si ea prædia diuidentur, quæ ipse Cæsar uendidit, quæ tandè in eius uenditionibus autoritas esse poterit? Sed hoc quale sit, pro tua prudentia considera bis. Ego te plane rogo, atq; ita ut maiore studio, iustiore de causa, magis ex animo rogare nihil possim, ut Albino parcas, prædia Laberiana ne attingas. Magna me affeceris non modo laticia, sed etiam quodammodo gloria, si P. Sextius homini maxime necessario pro me satisfecerit, cum ego illi plurimum debeam. Quod ut facias, te uehementer etiam atq; etiã rogo. Maius mihi dare beneficium nullum potes. Id mihi intelliges esse gratissimum. Vale.

M. T. C. CRASSIPEDI

S. P. D.

282

Quoniam tibi præsens commendauit, ut potui diligentissime, socios Bithyniæ: teq; cum mea commendatione, tum etiam tua sponte intellexi cupere ei societati, quibuscumq; rebus posses, commodare: tamen cum ijs, quorum res agitur magni sua interesse arbitrentur, me etiam per literas declarare tibi, quæ esset erga ipsos uoluntate, non dubitavi hæc ad te scribere. Volo enim te existimare, me, cum uniuerso ordini publicanorum multũ semper libentissime tribuerim, idq; pro magnis eius ordinis erga me meritis facere debuerim, tũ in primis amicum esse huic Bithyniæ societati: quæ societas ordine, ipso hominũ

c 4

gene

genere pars est maxima ciuitatis, constat enim ex ca-
teris societatibus: & casu permulti sunt in ea socie-
tate ualde mihi familiares, inprimisq; is, cuius prae-
cipuum officium agitur hoc tempore, P. Rupilius P. R.
Menenius, qui est magister in ea societate. Quae cum
ita sint, maiorem in modum a te peto, Cn. Pupium, qui
est in operis eius societatis, omnibus tuis officijs atq;
omni liberalitate tuare: curesq; ut eius opera, quod
tibi facile factu est, quam gratissimae sint socijs, remq;
& utilitatem sociorum (cuius rei quantam potesta-
tem quaestor habeat, non sum ignarus) per te quam
maxime defensam & auctam uelis, id cum mihi gra-
tissimum feceris, tum illud tibi expertus promitto et
spondeo, te socios Bithyniae, si ijs commodaris, memo-
res esse, & gratos cogniturum. Vale.

Cum ad te tuus quaestor M. Varro proficiscere-
tur, commendatione egere cum non putabam.
Satis enim commendatum tibi eum arbitrabar ab ip-
so more maiorum, qui, ut te non fugit, hanc quaestor-
is coniunctionem liberorum necessitudini proximam
uoluit esse. Sed cum sibi ita persuasisset ipse, meo
de se accurate scriptas literas, maximum apud te pon-
dus habituras, a meq; contenderet, ut quam diligen-
tissime scriberem: malui facere, quod meus familiaris
tanti sua interesse arbitraretur. Ut igitur debere
me facere hoc intelligas, cum primum M. Teren-
tius in forum uenit, ad amicitiam se meam contulit.
Deinde ut se corroborauit, duae causae accesserunt,
quae meam in illum beneuolentiam augerent. Una,
quod

quod uersabatur in hoc studio nostro, quo etiam nunc maxime delectamur, & cum ingenio, ut nosti, nec sine industria. Deinde quod mature se contulit in societates publicanorum, quod qui dem nollē maximis enim damnis affectus est, sed tamen causa communis ordinis mihi commendatissimi fecit amicitia nostram firmiorem. Deinde uersatus in utrisque subsellijs optima & fide & fama, iam ante hanc commutationem Rei publicae petitioni sese dedit, honoremque honestissimū existimauit fructum laboris sui. His autē temporibus a me Brundisio cum literis & mandatis profectus est ad Caesarem: qua in re & amorem eius in suscipiendo negotio perspexi, & si dem in conficiendo ac renuunciando. Videor mihi, cum separatim de probitate eius & moribus dicturus fuisset, si prius causā, cur eum tātopere diligerem, tibi exposuisset, in hac ipsa causa exponēda satis etiam de probitate dixisse. Sed tamen separatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi & uoluptati & usui. Nam & modestum hominem cognosces & prudentem, & a cupiditate omni remotissimum: praeterea magni laboris, summæ industriae. Neque ego hac polliceri debeo, quā tibi ipsi, cum bene cognoueris, iudicanda sunt: sed tamen in omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiae fores aperiantur. Quod ego his literis efficere uolui: & si id ipsa per se necessitudo quaesturae effecisse debet: sed tamen nibilo infirmius illud hoc addito. Curaigitur, si me tanti facis, quanti & Varro existimat, & ipse sentio, ut quam primum intelligam hanc meam commendationem tantum illi utilitatis

c s attulisse

attulisse, quantum & ipse sperarit, nec ego dubit-
rim. Vale.

12

Quia semper animaduerti studiosè te operam
dare, ut ne quid meorum tibi esset ignotum:
Propterea non dubito, quin scias, non solum cuius mu-
nicipij sim, sed etiam quam diligenter soleam meos
municipes Arpinates tueri. Quorum quidem omnia
commoda, omnesq; facultates, quibus & sacra confice-
re, & sarta tecta ædium sacrarum, locorumq; com-
munium tueri possint, consistunt in his uectigalibus,
quæ habent in provincia Gallia. Ad ea uisenda,
pecuniaq; quæ a colonis debentur, exigendas, tota
tamq; rem & cognoscendam & administrandam, les-
gatos Equites Romanos misimus Qu. Suffidium Qu.
F. M. Faucium M. F. Qu. Mamercum Qu. F. Peto a
te maiorem in modum, pro nostra necessitudine, ut ea
res tibi curæ sit, operamq; des, ut per te quam com-
modissime negotium municipij administretur, quam
primumq; cõficiatur: ipsosq; quorum nomina scripsi,
ut quam honorificentissime pro tua natura, & quam
liberalissime tractes. Bonos uiros ad tuam ne-
cessitudinem adiunxeris: municipiumq; gratissimum
beneficio tuo deuinxeris: mihi uero eo etiam gratius
feceris, quod cum semper tueri municipes meos con-
sueui, tum hic annus præcipue ad meam curam, offi-
ciumq; pertinet. Nam constituendi municipij causa
hoc anno ædilem filium meum fieri uolui, & fratris
filium, & M. Casium hominem mihi maxime necessa-

nū (is enim magistratus in nostro municipio, nec alio
 ullus creari solet). Quos cobonestaris, imprimisq;
 me, si Respublica municipij, tuo studio & diligentia
 bene administrata erit. Quod ut facias, te uehemens
 per etiam atq; etiam rogo.

M. T. C. BRVTO S. P. D.

285

Alia epistola communiter commēdauit tibi lega-
 tos Arpinatium, ut potui diligentissime, hac se-
 paratim. Quā Suffidū, quo cū mihi omnes necessitudi-
 nes sunt, diligentius commendo: non ut aliquid de illa
 commendatione diminuam, sed ut ad hanc addam. Nam
 & priuignus est M. Cæsij mei maxime et familiaris
 & necessarius, & fuit in Cilicia mecum tribunus mili-
 tum: quo in munere ita me tractauit, ut accepisse ab eo
 beneficium uiderer, non dedisse. Est præterea, quod
 quod te ualet plurimum: a nostris studijs non adhore-
 rent. Quare uelim eum quam liberalissime complectas
 reoperamq; des, ut in ea legatione, quā suscepit con-
 tra suum commodum, secutus auctoritatem meam, quā
 maxime eius excellat industria. Vult enim, id quod o-
 ptimo cuiq; natura tributum est, quam maximam lau-
 dem tum a nobis: qui eum impulimus, tum a municipio
 consequi quod ei continget, si hac mea commendatio-
 ne tuum erga se studijum erit consecutus. Vale.

M. T. C. BRVTO S. P. D.

286

Vetus Castronius Pætus longe princeps municii
 Lucis, est honestus, grauis, plenus officij, bo-
 nus plane uir, & cum uirtutibus, tum etiam fortuna
 ut, si quid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus au-

et. 22.

tem est familiarissimus, sic prorsus, ut nostri ordinis
obseruet neminem diligentius. Quare & ut meum
amicum & ut tua dignum amicitia tibi commendo.
Cui quibuscumq; rebus commodaueris, tibi profecto uti-
cundum, mihi certe erit gratum. Vale.

Lucio Titione Strabone equite Romano in primis
honesto & ornato familiarissime uxor. Omnia
mibi cum eo intercedunt iura summae necessitudinis.
Huic in tua provincia pecuniam debet P. Cornelius.
Ea res a Volcatio, qui Romae ius dicit, reiecta in Gal-
liam est. Peto a te hoc diligentius, quam si mea res es-
set (quo est honestius de amicorum pecunia laborare,
quam de sua) ut negotium conficiendum cures, ipse
suscipias, praestigas, operamq; des, quoad tibi aequum
& rectum uidebitur, ut quam commodissima conditi-
one libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est,
negotium conficiat, ad nummosq; perueniat. Ad te mi-
hi gratissimum erit: & tu ipse L. Titionem cog-
noscas amicitia tua dignissimum. Quod ut tibi cura sit,
ut omnia solent esse, quae me uelle scis, te uehementer
etiam atq; etiam rogo. Vale.

Praecilius tibi commendo unice, tui necessarius,
mei familiarissimus, uiri optimi filium: quem cum
adolefcentem ipsum propter eius modestiam, humani-
tatem, animum & amorem erga me singularem mi-
serisce

rifice diligo : tum patrem eius re doctus intellexi, & didici mihi fuisse semper amicissimum. En hic ille est, de illis maxime, qui irridere atq; obiurgare me soliti sunt, quod me non tecum, praesertim cum abs te honorificentissime inuitarer, coniungerem. ἀλλ' ἐμὸν οὐ-
ποτὶ θυμὸν οὐ σήθεσσι ἐπάρθεν, ὡς νεφέλη καλύψαι μέλαινα. audiebā enim nostros procures clamitantes, αἰκίμας ἔσθ' ἵνα τίς σε καὶ ὁ ψυχόντων δὲ εἴπῃ. Sed tamen me idem consolatur : & iam hominem per uisum etiamnum, gloria uolunt incendere, atq; ita loquuntur : ἀλλ' ἄγε πῶς μέμονας, οὐ δέ τι καὶ ἀκλῆδες δειλούς, ἀλλὰ μέγα βίβας τί καὶ ἰσοταρβόισι πυθιάδῃ. sed me minus iam mouent, ut uides. Itaq; ab Homeri magniloquentia confero me ad uera praecepta Ciceronis : Μισῶ σοφιστὰς, ὅτις οὐχ αὐτῷ σοφός, quem uersum senex Praecilius laudat egregie, & ait posse eundem : & αἶμα πρὸς αὐτὸν καὶ ὅπτιον uidere & tamen nibilo minus αἰὲν ἀρετὴν καὶ ὑπεύροχον ἐμπαύσαι ἀλλαν. Sed ut redeam ad id unde capi, uehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quae est singularis, comprehenderis : & ad id, quod ipsorum Praeciliorum causa te uelle arbitror, addideris cumulum commendationis meae. Genere nouo sum literarum ad te usus, ut intelligeres non uulgarem esse commendationem. Vale.

M. T. C. C. CAESARII MP.

S. P. D.

289

Publium Crassum ex omni nobilitate adolescentem dilexi plurimum : & ex eo, cum ab incunte eius

17

eius ætate bene sperauissem, tum optime existimare
 cœpi ex ijs iudicijs, quæ de eo feceram, cognitiss. Eius
 libertum Apollonium iam tum equidem, cum ille uine-
 ret, & magnificiebam & probabam. Erat enim &
 studiosus Crassi, & ad eius optima studia uehementer
 aptus. itaq; ab eo admodum diligebatur. Post mora-
 tem autem Crassi, eo mihi etiã dignior uisus est, quem
 in fidem atq; amicitiam meam reciperem, quod eos a
 se obseruandos & colendos putabat, quos ille dila-
 xisset, & quibus carus fuisset. Itaq; & ad me in Culu-
 ciam uenit, multisq; in rebus mihi magno usus fuit, &
 fides eius & prudentia: & ut opinor, tibi in Alexan-
 drino bello, quantum studio & fidelitate consequi po-
 tuit, non defuit. Quod cum speraret te quoq; ita exi-
 stimare, in Hispaniam ad te maximo ille quidem suo
 consilio, sed etiam me autore, est profectus. Cui ego
 commendationem non sum pollicitus, non quin eam uo-
 lituram apud te arbitrarer, sed neq; mihi egere com-
 mendatione uidebatur, qui & in bello tecum fuisset,
 & propter memoriam Crassi de tuis uisus esset, & si
 uti commendationibus uellet, etiam per alios conui-
 debam id consequi posse. Testimonium meum de eo
 iudicij, quod & ipse magni aestimabat, & ego apud
 te ualere eram expertus, ei libenter dedi. Dolum igitur
 hominem cognoui, & studijs optimis delitum-
 usq; a puero. Nam domi meæ cum Diodoro Stoico,
 homine, meo iudicio, eruditissimo, multum a puero
 fuit. Nunc autem incensus studio rerum tuarum, eas li-
 teris Græcis mandare cupiebat, posse arbitror, uo-
 let ingenio: habet usum: iam pridem in eo genere sue-
 dy, literarumq; uersatur: satisfacere immortali
 lau

laudum tuarum mirabiliter cupit. Habes opinionis
meae testimonium: sed tu hoc facilius multo pro tua
singulari prudentia iudicabis. Et tamen quod negaue-
ram, commendo tibi eum. Quicquid ei commodave-
ris, erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

M. T. C. SERVIO SVLPIPIO

S. P. D.

290

18
Marcus Curius, qui Patris negociatur, multis
et magnis de causis a me diligitur. Nam et ad-
micitia peruectus mihi cum eo est, ut primum in forum
veni, instituta: et Patris cum aliquoties antea, tunc
proxime hoc miserrimo bello, domus eius tota mihi
patuit: quae si opus fuisset, tam essem usus, quam mea.
Maximum autem mihi uinculum cum eo est, quasi san-
guinis cuiusdam necessitudinis, quod est Attici nostri
familiarissimus, eumque unum praeter ceteros observat
et diligit. Quem si tu iam forte cognouisti, puto
me hoc quod facio, facere serius. Ea enim est hu-
manitate et observantia, ut eum tibi iam ipsum per
se commendatum putem. Quod tamen si ita est, ma-
gius a te quaeso, ut ad eam uoluntatem, si quam
uallum ante has meas literas contulisti, quam maxia-
mus postea commendatione nostra cumulus accedat.
Sic autem propter uerecundiam suam minus se tibi
obtulit: aut cum nondum satis habes cognitum: aut
quae causa est, cur maioris commendationis indige-
at: sic tibi eum commendo, ut neque maiore studio
quaquam, neque iustioribus de causis commenda-
re possim. Faciamque id, quod debent facere, qui
reli-

religiose, & sine ambitione commendant. spondeo enim tibi, uel potius spondeo, in meq; recipio, eos esse M. Curij mores, eamq; tum probitatem, tum etiam humanitatem, ut eum & amicitia tua & tam accurata commendatione, si tibi sit cognitus, dignum sis exspectare. Mihi certe gratissimū feceris, si intellexero has literas tantum, quantum scribens confidebam, apud te pondus habuisse. Vale.

M. T. C. SERVIO SVLPITIO

291

S. P. D.

Non concedam, ut Attico nostro, quem elatum læticia uidi, iucundiores tuæ suauissime ad eum, & humanitate scriptæ literæ fuerint, quam mihi. Nam etsi utriq; nostrum prope æque gratæ erāt: tamen ego admirabar magis, te, quasi rogatus, aut certe admonitus, liberaliter Attico respondisse (quod tamen dubium nobis, quin ita futurum fuerit, non erat) ultro ad eum scripsisse, eiq; nec opinanti uoluntatem tuam tantum per literas detulisse. De quo non modo rogare te, ut eo studiosius mea quoq; causa facias, non debeo (nihil enim cumulatiù fieri potest, quam polliceris) sed ne gratias quidem agere, quod tu & ipse causa & tua sponte feceris. Illud tamen dicam, mihi id, quod fecisti, esse gratissimum. Tale enim tuum iudicium de homine eo, quem ego unice diligo, non potest mihi non summe esse iucundum. Quod cum ita sit, esse gratum necesse est. Sed tamen quando mihi pro coniunctione nostra uel peccare apud te in scribendo licet, utrumq; eorum, quæ negaui mihi faciendū esse, faciam. Nam & ad id, quod Attici causa te ostendisti esse

esse facturum, tantum uelim addas, quantum ex nostro amore accessionis fieri potest. Et quod modo uerebar tibi gratias agere, nunc plane ago: teq; ita existimare nolo, quibuscunq; officijs in Epiroticis, reliquisq; rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. Vale.

M. T. C. SERVIO SVLPITIO

S. P. D.

252

20
Cvm Lysonē Patrensi est mihi quidem hospitium
uetus: quam ego necessitudinem sancte colen-
dam puto, sed ea causa etiam cum alijs compluribus
familiaritas tanta nullo cum hospite, & ea cum offi-
cijs eius multis, tum etiam consuetudine quotidiana
sic est aucta, ut nihil sit familiaritate nostra coniun-
ctius. Is cum Romæ annum prope ita fuisset, ut mecum
uineret, etsi eramus in magna spe te meis literis,
commendationeq; diligentissime facturum id, quod fe-
cisti, ut eius rem, & fortunas absentis tuerere: tamen
quod in unius potestate erant omnia, & quod Lyso
fuerat in nostra causa, nostrisq; præsidijs, quotidie
aliquid timebamus. Effectum tamen est, & ipsi
us splendore, & nostro, reliquorumq; hospitium stu-
dio, ut omnia, quæ uellemus, a Cæsare impetraren-
tur: quod intelliges ex ijs literis, quas Cæsar ad te de-
dit. Nunc non modo non remittimus tibi aliquid ex no-
stra commendatione, quasi adepti iam omnia: sed co-
uehementius a te contendimus, ut Lysonem in fidem
necessitudinemq; tuam recipias. Cuius dubia for-
tuna timidius tecum agebamus, uerentes, ne quid acci-
deret eiusmodi, ut ne tu quidem mederi posses. Ex-
plo-

Plorata uero eius incolumitate, omnia a te studia summa cura peto. Quæ ne singula enumerem, totam tibi domum commendo. In his adolescentem filium eius, quem C. Memmius Gemellus cliens meus, cum in calamitate exilij sui Patrensis ciuis factus esset, Patrensi legibus adoptauit: ut eius ipsius hereditatis ius causamq; tuare. Caput illud est, ut Lysonem, quem ego uirum optimū, gratissimumq; cognoui, recipias in necessitudinem tuam. Quod si feceris, non dubito, quin postea in eo diligendo, cæterisq; commendando, idem quod ego, sis iudicij & uoluntatis habiturus. Quod cum fieri uehementer studeo, tum etiam illud uereor, ne si minus cumulate uideberis fecisse aliquid eius causa, me ille negligenter scripsisse de se putet, non te oblitum mei. Quanti enim me faceres, cum ex sermonibus quotidianis meis, tum ex epistolis etiam tuis potuit cognoscere. Vale.

M. T. C. SERUIO SYLPLITIO

293

S. P. D.

Asclepione Patrensi medico utor ualde familiariter: eiusq; tum consuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars, quam sum expertus in ualitudine meorum. In qua mihi tum ipsa scientia, tum etiā fidelitate, beneuolentiaq; satisfecit. Hunc igitur tibi commendo: & a te peto ut des operam, ut intelligat diligenter me scripsisse de se, meamq; commendationem usui magno sibi fuisse. Erit id mihi uehementer gratum. Vale.

M. T. C. SERUIO SYLPLITIO

294

S. P. D.

MAY

Marcus Aemilius Aianus ab ineunte adoleſcentia me obſervauit, ſemperq; dilexit, uir cū bonus, tum perhumanus, & in omni genere officij diligendus. Quem ſi arbitrarer eſſe Syacione, & niſi audirem, ibi eum etiam nunc, ubi ego reliqui, Cibiyræ commorari, nihil eſſet neceſſe plura me ad te de eo ſcribere. Perſiceret enim ipſe proſecto ſuis moribus, ſuaq; humanitate, ut ſine cuiuſquam commendatione diligereſtur abſ te non minus, quam & a me, & a cæteris familiaribus. Sed cum illum abeſſe putem, commendo tibi maiorem in modum domum eius, quæ eſt Syacione, remq; familiarem, maxime Caium Aianum. Hammonium libertum eius: quem quidem tibi etiam ſuo nomine cōmendo. Nam cum propterea mihi eſt probatus, quod eſt in patronum ſuum officio & fide ſingulari, tū etiam in meipſum magna officia contulit: mihi moleſtiſſimis temporibus ita fideliter, beneuoleq; præſto fuit, ut ſi a me manu miſſus eſſet. Itaq; peto a te, ut eum Hammonium, & in patroni eius negotio ſic tueare, ut eius procuratorem, quem tibi commendo, & ipſum ſuo nomine diligas, habeasq; in numero tuorum: hominem prudentem & officioſum cognoſcas, & dignum, qui a te diligatur. Vale.

M. T. C. SERUIO SVLPITIO

S. P. D.

Titum Manlium, qui negociatur Theſſijs, uelenter diligo. Nā & ſemper me coluit, diſſiſſime obſervauit, & a ſtudijs noſtris non abhorret. Accedit eo, quod Varro Muræna magnopere eius cauſa uult omnia: qui ita exiſtimauit, etſi ſuis literis,

d 2

qui

quibus tibi Manlium commendabat, ualde confide-
ret: tamen mea commendatione aliquid accessionis fi-
re. Me quidem cum Manlij familiaritas, tum Varro-
nis studium commouit, ut ad te quam accuratissime
scriberem. Gratissimū igitur mihi feceris, si huic com-
mendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribui
isti plurimum: id est, si Titum Manlium quam maxi-
me, quibuscunq; rebus honeste, ac pro tua dignitate
poteris, inueris atq; ornaueris. Et ipsius præterea
gratissimis & humanissimis moribus confirmo mihi,
eum te, quem soles fructum a bonorum uirorum offi-
cij expectare, esse capturum. Vale.

M. T. C. SERUIO SVLPITIO

296

S. P. D.

24

Lucio Cossinio amico, & tribuli tuo ualde familiari-
ter utor. Nā & inter nosmetipsos uetus usus
intercedit: & Atticus noster maiorem etiam mihi cū
Cossinio consuetudinem fecit. Itaq; tota Cossini de-
mus me diligit, inprimisq; libertus eius L. Cossinius
Anchilaus homo & patrono, & patroni necessarijs,
quo in numero ego sum, probatissimus. Hunc tibi ita
commendo, ut si meus libertus esset, eodemq; apud me
loco esset, quo & est apud patronū suum, maiore stu-
dio commendare non possem. Quare pergratum mihi
feceris, si eum in amicitiam tuam receperis: atq; eum
quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit,
inueris. Id & mihi uehementer gratum erit, & pos-
sita tibi iucundum. Hominem enim summa probitate,
humanitate, obseruantiaq; cognoscēs. Vale.

M. T.

Cum antea capiebam ex officio meo uoluptatē,
 quod memineram quam tibi diligenter Lyso-
 nem hospitem & familiarem meum commendassem:
 tam uero postea, quam ex literis eius cognoui, tibi
 eum falso suspectum fuisse, uehementissime lætatus
 sum, me tam diligentem in eo commendando fuisse.
 Ita enim scripsit ad me, sibi meam commendationem
 maximo adiumento fuisse, quod ad te delatum dice-
 ret, sese contra dignitatem tuam Romæ de te loqui
 solitum esse. De quo, etsi pro tua facilitate et humani-
 tate purgatum se tibi scribit esse: tamen primum ut
 debeo, tibi gratias ago, cum tantum literæ meæ po-
 tuerunt, ut his lectis omnem offensionem suspitionis,
 quam habueras de Lysonē, deponeres: deinde credas
 mihi affirmanti uelim, me hoc nō pro Lysonē magis,
 quam pro omnibus scribere, hominem esse neminem,
 qui unquam mentionem tui sine tua summa laude fecer-
 it. Lyso uero cum mecum prope quotidie esset una-
 que uiueret: non solum quia me libenter audire arbi-
 trabatur, sed quia libētius ipse loquebatur, omnia mihi
 tua & facta & dicta laudabat. Quapropter & si a
 te ita tractatur, ut iam non desideret commendatio-
 nem meam, isq; se literis meis omnia consecutum pu-
 tet: tamen a te peto maiorem in modum, ut eam etiam
 atq; etiam tuis officijs, liberalitate complectare. Scri-
 berem ad te, qualis uir esset, ut superioribus literis se-
 ceram, nisi eum iam per se ipsum satis tibi esse notum
 arbitrarer. Vale.

HAgessaretus Larissæus magnis meis beneficijs ornatus in Consulatu meo, memor et gratus fuit: meq; postea diligentissime coluit. Eum tibi magno pre commendo, ut & hospitem, & familiarem meum, & gratum hominem, & uirum bonum, & principem ciuitatis suæ, & tua necessitudine dignissimum. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

Lucius Mescinius ea mecum necessitudine coniunctus est, quod mihi quaestor fuit. Sed hanc causam, quam ego, ut a maioribus accepi, semper grauem duxi, fecit uirtute & humanitate sua iustiore. Itaq; eo sic utor, ut nec familiarius ullo, nec libentius. Is quanquam confidere uidebatur te sua causa, quæ honeste posses libenter esse facturum: magnum tamen esse sperauit apud te meas quoq; literas pondus habituras. Id cum ipse ita iudicabat, tum pro familiari consuetudine sæpe ex me audierat, quam suavis esset inter nos, & quanta coniunctio. Peto igitur a te tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario, & tam familiari: ut eius negocia, quæ sunt in Achaia, ex eo quod haeres est M. Myndio fratri suo, qui Elide negociatus est, explices & expedias tum iure, & potestate, quam habes, tum etiam autoritate & consilio tuo.

sic enim præscripsimus ijs, quibus ea negocia mandauimus, ut omnibus in rebus, quæ in aliquam cōtrouersiam uocarentur, te arbitro, & quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore uterentur. Id ut honoris mei causa suscipias, uehementer te etiam atq; etiam rogo. Illud præterea, si non alienū a tua dignitate putabis esse, feceris mihi per gratū, si quid difficilius erunt, ut rem sine controuersia confici nolint, si eos quādo cum senatore res est, Romam reieceris. Quod quo minore dubitatione facere possis, literas ad te a M. Lepido, consule, non quæ te aliquid iuberent (neque enim id tuæ dignitatis esse arbitramur) sed quodammodo quasi cōmendaticias sumimus. Scriberem, quam id beneficium bene apud Mescinium positurus esses, nisi & te scire confiderē, & mihi peterem. Sic enim uelim existimes, non minus me de illius re laborare, q̃ ipsum de sua. Sed cum illum studeo quam facillime ad suum peruenire: tum illud laboro, ut nō minimum hac mea commendatione se consecutum arbitretur. Vale.

M. T. C. SERUIO SULPITIO

S. P. D.

300

Licet eodem exemplo sæpius tibi huius generis literas mittā, cum gratias agam, quod meas commendationes tam diligenter obserues, quod feci in alijs, & faciam, ut uideo, sæpius: sed tamen non parum operæ, & ut uos soletis in formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo. Caius Auianus igitur Ammonius incredibiles mihi gratias p̃ literas egit, et suo & Aemilij Auiani patroni sui nomine, nec libera-

d 4.

lius

28

lius, nec honorificentius tractari potuisse, nec se praesentem, nec rem familiarē absentis patroni sui. Id mihi cum iucundum est eorum causa, quos ego tibi summa necessitudine & summa coniunctione adductus commendaueram, quod M. Aemilius unus est ex meis familiarissimis, atq; intimis, maxime necessarius homo, & magnis meis beneficijs deuinctus, & prope omnium, qui mihi aliquid debere uidentur, gratissimus: tum multo iucundius, te esse in me tali uoluntate, ut plus prois amicis meis, quam ego praesens fortasse prodessem: credo, quod magis ego dubitarem, quid illorum causa facerem, quam tu quid mea. Sed hoc non dubito, quin existimes mihi esse gratum. Illud te rogo, ut illos quoq; gratos homines esse putes, quod ita esse tibi promitto atq; confirmo. Quare uelim quicquid habent negocij, des operam, quod commodo tuo fiat, ut te obtinente Achaia, conficiant. Ego cum tuo Seruio iucundissime, coniunctissimeq; uiuo: magnamq; cum ex ingenio eius, singulariq; studio, tum ex uirtute, & probitate uoluptatem capio. Vale.

M. T. C. SERVIUS SCLPITIO

301

S. P. D.

29

Etsi libenter petere a te soleo, si quid opus est meorum cupiam: tamen multo libentius gratias tibi ago, cum fecisti aliquid commendatione mea: quod semper facis. Incredibile est enim, quas mihi gratias omnes agant, etiam mediocriter a me tibi commendati. quae omnia mihi grata: sed de Lucio Mescinio gratissimum. Sic enim est mecum locutus, te, ut meas literas legeris, statim procuratoribus suis pollicitū esse omnia:

omnia: multo uero plura & maiora fecisse. Id igitur
(puto enim etiam atq; etiam mihi dicendum esse) ue-
lim existimes, mihi te fecisse gratissimum. Quod equi-
dem hoc uebementius lætor, quod ex ipso Mescinio
te uideo magnam capturum uoluptatem. Est enim in
eo cum uirtus & probitas et summum officium, sum-
maq; obseruantia: tum studia illa nostra, quibus antea
delectabamur, nunc etiam uiuimus. Quod reliquum
est, uelim augeas tua in cum beneficia omnibus rebus,
quæ te erunt dignæ. Sed duo, quæ te nominatim ro-
go: Primum, ut si quid satis dandum erit amplius eo
nomine nõ peti, cures, ut satis detur fide mea. Deinde,
cum fere consistat hæreditas in ijs rebus, quas auertit
Oppia, quæ uxor Mindij fuit: adiuues, in easq; ratios
nem, quemadmodum ea mulier Romam perducatur,
quod si putarit illa fore, ut opinio nostra est, negoti-
um conficiemus. Hoc ut assequamur, te uebementer
etiam atq; etiam rogo. Illud, quod supra scripsi, id in
me recipio, te ea, quæ fecisti Mescinij causa, quæq;
petieris, ita bene collocaturum, ut ipse iudices homini
te gratissimo, iucundissimoq; benigne fecisse. Volo ea-
nim ad id, quod mea causa fecisti, hoc etiam accede-
re. Nec Lacedæmonios dubitare arbitror, quin ipsi
sua maiorumq; suorum autoritate satis commendati
sint fidei & iusticiæ tuæ: & ego, qui te optime no-
uissim, non dubitavi, quin tibi notissima & iura &
merita populorum essent. Itaq; cum a me peteret Phi-
lipus Lacedæmonius, ut tibi ciuitatem commenda-
rem: & si memineram me ei ciuitati omnia debere: ta-
men respondi commendatione Lacedæmonios apud
te non egere. Itaque sic uelim existimes, me omneis
d s Achaïæ

Achaiae ciuitates arbitrari pro horum temporum
perturbatione felices, quod tu his praesidis, eundemque
me ita iudicare, te, quod unus optime noffes, non nos-
tra solum, sed etiam Graeciae monumenta omnia, tua
sponte amicum Lacedaemonijs & esse & fore. Quo-
re tantum a te peto, ut cum ea facies Lacedaemonio-
rum caussa, quae tua fides, amplitudo, iusticia postulat
his, si tibi uidebitur, significes te non moleste ferre,
quod intelligas ea, quae facias, mihi quoque grata esse.
Pertinet enim ad officium meum, eos existimare, cui-
rae mihi suas res esse. Hoc te uebementer etiam atque
etiam rogo. Vale.

M. T. C. CN. PLANCO

302

S. P. D.

30

Non dubito, quin scias in his necessarijs, qui tibi
a patre relictis sunt, me tibi esse uel coniunctissim-
um, non his modo causis, quae speciem habent ma-
gnae coniunctionis, sed ijs etiam quae familiaritate, et
consuetudine tenentur, quam scis mihi iucundissimam
cum patre tuo & summam fuisse. Ab his initijs noster
in te amor profectus auxit paternam necessitudinem,
& eo magis, quod intellexi, ut primum per aetatem
iudicium facere potueris, quanti quisque tibi faciendus
esset, me a te in primis captum esse obseruari, colli-
ligi. Accedebat non mediocriter uinculum cum studio-
rum, quod ipsum est per se graue: tum eorum studio-
rum, earumque artium, quae per se ipsae eos, qui uolunt
tate eadem sunt, etiam familiaritate deuincunt. Ex-
pectare te arbitror, haec tam longe repetita principia
quo spectent. Id primum ergo habeto, non sine ma-
gno

gna, iustaq; caussa hanc a me commemorationem esse
fictam. Caio Atteio Capitone utor familiarissime. No-
ta tibi sunt uarietates meorum temporum: in omni
genere & honorum & laborum meorum & animus,
& opera, & autoritas, & gratia, etiam res familia-
ris C. Capitionis praesto fuit, & paruit & temporis
bus & fortunae meae. Huius propinquus fuit T. Anti-
stius: qui cum forte quaestor Macedoniam obtineret,
neq; ei successum esset, Pompeius in eam Prouinciam
cum exercitu uenit: facere Antistius nihil potuit.
Nam si potuisset, nihil ei fuisset antiquius, quam ad
Capitonem, quem ut parentem diligebat, reuerti:
praesertim cum sciret, quanti is Caesarē faceret, sema-
perq; fecisset. Sed oppressus tantum attigit negotij,
quantum recusare non potuit. Cum signaretur argen-
tum, Apolloniæ nō possum dicere eum praefuisse, neq;
possum negare eum abfuisse, sed non plus duobus aut
tribus mensibus. Deinde absuit a castris: fugit omne
negocium hoc mihi, ut testi, uelim credas: meam enim
ille maestitiam in illo bello uidebat: mecum omnia cō-
municabat. Itaq; abdidit se in intimam Macedoniam
quo potuit longissime a castris, non modo ut non prae-
esset ulli negotio, sed etiam ut ne interesset quidem.
Is post praelium se ad hominem necessarium Aulum
Plancium in Bithyniam contulit. Ibi eum Caesar cum
uidisset, nihil asperae, nihil acerbe dixit. Romam iussit
uenire. Ille in morbum continuo incidit: ex quo non
conualuit. Aeger Corcyram uenit: ibi est mortuus.
Testamento, quod Romae Paulo & Marcello consu-
libus fecerat, haeres ex parte dimidia, et tertia est Ca-
pito: in sextante sunt ij, quorum pars sine ulla cuiusquā
querere

querela publica potest esse: ita est ad XXXH-S.
Sed de hoc Cæsar uiderit. te mihi Plance pro paterna
necessitudine, pro nostro amore, pro studijs & omni
cursu nostro totius uitæ similimo, rogo, et a te ita pe-
to, ut maiore cura, maiore studio nullo possim, ut hanc
rem suscipias, meam putes, enitare, contendas, effici-
as, ut mea commendatione, tuo studio, Cæsaris bene-
ficio hæreditatem propinqui sui C. Capito obtineat.
Omnia quæ potuissim in hac summa gratia tua, ac po-
tentia a te impetrare, ultro te ad me detulisse deputa-
bo, si hanc rem impetrauero. illud fore tibi adiuuen-
to spero, cuius ipse Cæsar esse optimus iudex potest:
semper Cæsarem Capito & dilexit & coluit. Sed
ipse huius rei testis est: noui hominis memoriam. Itaq;
te nihil doceo tantum tibi sumito pro Capitone apud
Cæsarem, quantum ipse meminisse senties. Ego quod
in me ipso experiri potui, ad te deferam: in eo quan-
tum sit ponderis, tu uidebis. Quam partem in Res-
publica, causamq; defenderim, per quos homines, or-
dinesq; steterim, quibusq; munitus fuerim, non igno-
ras. Hoc mihi uelim credas: si quid fecerim hoc ipso in
bello minus ex Cæsaris uoluntate, quod intellexerim
scire ipsum Cæsarem, me inuitissimum fecisse: id feci
aliorum consilio, hortatu, autoritate: quod fuerim mo-
deratior, temperatiorq; quam in ea parte quisquam,
id me fecisse maxime autoritate Capitonis, cuius simi-
les si reliquos necessarios habuissim, Reipublica for-
tasse nonnihil, mihi certe plurimum profuissim. Hanc
rem mi Plance, si effeceris, meam de tua erga me be-
nevolentia spem confirmaueris, ipsumq; Capitonem
gratissimum, officiosissimum, optimum uirum, ad tua

am necessitudinem, tuo summo beneficio adiunxeris.
Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D.

303

Lucius Manlius est Susis: is fuit Catinensis: sed est
Luna cum reliquis Neapolitanis cuius Romanus fa-
ctus, Decurioq; Neapoli. erat enim ascriptus in id mune-
cipium ante ciuitatem socijs & Latinis datam. Eius
frater Catinæ nuper mortuus est. nullam omnino ar-
bitramur de ea hereditate controuersiam eum habi-
turum: & est hodie in bonis, sed quando habet præ-
terea negocia uetera in Sicilia sua, & hanc heredita-
tem fraternâ, & omnia eius tibi cōmendo, inprimisq;
ipsum uirum optimum, mihiq; familiarissimum, his stu-
dijs literarum, doctrinaq; præditum, quib. ego maxime
delector. Peto igitur abs te, ut eum siue adcrit, si
ue non uenerit in Siciliam, in meis intimis, maximeq;
necessarijs scias esse: itaq; tractes, ut intelligat meam
commendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D.

304

Caius Flauio, honesto & ornato Equite Romano
Cutor ualde familiariter. Fuit enim generi mei
C. Pisonis pernecessarius, meq; diligentissime obser-
uat & ipse L. Flavius frater eius. Quapropter ue-
lim honoris mei causa, quibus rebus honeste & pro-
pria dignitate poteris, quam honorificentissime &
quam liberalissime Caium Flauium tractes. Id mihi
fuerit gratum, ut gratius esse nihil possit. Sed præ-
terea

31

32

terea tibi affirmo, neq; id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate & necessitudine, tum etiam ueritate: te ex Cay Flauij officio & obseruantia, & præterea a splendore, atq; inter suos gratia magnam uoluptatem esse capturum. Vale.

In Haleſina

M. T. C. ACILIO PROC.

309

S. P. D.

33

IN Haleſina ciuitate, tã lauta, quam nobili, conuiſſiſſimos habeo & hoſpitio & familiaritate, Metellius C. Clodius, Arobagatum & Pſilonem, ſed uereor, ne, quia complureis tibi præcipue commendo, ex æquore uidear ambitione quadam commendationes meas: quanquam a te quidem cumulate ſatiſſit & mihi & meis omnib. Sed uelim ſic exiſtims, hanc familiam & hos mihi maxime eſſe coniunctos uetuſtate, officijs, beneuolentiã. Quamobrem peto a te maiorem in modum, ut his omnibus in rebus, quantum tua dignitas, fideſq; patietur, commodos. Id ſi feceris erit mihi uis hementiſſime gratum. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

306

S. P. D.

34

CNeo Otacilio Naſone uxor familiariffime, ita & prorsus, ut illius ordinis nullo familiaris. Nam & humanitate eius & probitate in conſuetudine quotidiana magnopere delector. Nihil iam opus eſt expeſtare te, quibus eum uerbis tibi cõmendem, quo ſic uxor, ut ſcripſi. Habet is in prouincia tua, negotia, quæ procurant liberti, Hilarius, Antigonus, Demoſtratus: quos tibi negotiaq; omnia Naſonis non ſecur

secus commendo, ac si mea essent. gratissimum mihi feceris, si intellexero hanc commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D.

307

Avitum mihi hospitium est cū Lysone Lysonis filio Lilybætano, ualdeq; ab eo obseruor, cognominisq; dignum & patre & auo. Est enim nobilissima familia. Quapropter cōmendo tibi maiorem in modum rem domūq; eius. Magnosq; opere abs te peto, cures, ut is intelligat meam commendationem maximo sibi apud te & adiumento & ornamento fuisse. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D.

308

Caius Auianus Philoxenus antiquus est hospes meus, & præbet hospitium, ualde etiam familiaris: quem Cæsar meo beneficio in Nouocomensis retulit. Nomen autem Auiani consecutus est, quod homini nullo plus est usus, quam Flacco Auiano meo, quem admodum te scire arbitror, familiarissimo. Quæ ego omnia collegi, ut intelligeres non uulgarem esse commendationem hanc meam. Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, ei commodes, habeasq; in numero tuorum: perficiasq; ut intelligat has literas meas magno sibi usui fuisse. Erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D.

309

CVM Demetrio Mega mihi uetustum hospitium est, familiaritas autem tanta, quanta cum Sicilia

lo

lo nullo. Ei Dolabella rogatu meo ciuitatem a Caesare impetrauit, qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius uocatur. Cumque propter quosdam sordidos homines, qui Caesaris beneficia uendebant, tabulam, in qua nomina ciuitate donatorum incisa essent, uisissent reuelli: eidem Dolabella, me audiente, Caesar dixit, nihil esse, quod de Mega uereretur: beneficium suum in eo manere. Hoc te scire uolui, ut eum in ciuium Romanorum numero haberes. Ceterisque in rebus tibi eum ita commendo, ut maiore studio neminem commendarem. Gratissimum mihi feceris, si eum ita tractaris, ut intelligat meam commendationem magno sibi ornamento fuisse. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

310

S. P. D.

38

Hippiam Philoxeni filium Calatinum, hospitium & necessarium meum tibi commendo maiorem in modum. Eius bona, quemadmodum ad me delata res est, publice possidentur alieno nomine contra leges Calatinorum. Id si ita est, etiam sine mea commendatione ab aequitate tua res ipsa impetrare debet, ut ei subuenias. Quomodo res autem se habet, peto a te, ut honoris mei causa eum expedias, tantumque ei commodas & in hac re & in ceteris, quantum tua fides, dignitasque patietur. Id mihi uehementer gratum erit. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

311

S. P. D.

39

Lucius Brutius Eques Romanus, adolescens omnibus rebus ornatus, in meis familiarissimis est, me

que

quæ obseruat diligentissime. cuius cū patre magna mihi fuit amicitia iam inde a Quæstura mea Siciliensi. Ominino nunc ipse Bruttius Romæ mecum est: sed tamen domum eius, & rem familiarem, & procuratores tibi sic commendo, ut maiore studio commendare non possim. Gratiſſimum mihi feceris, si curaris, ut intelligat Bruttius, id quod ei recepi, hanc meam commendationem sibi magno adiumento fuisse. Vale.

M. T. C. ACILIO PROC.

S. P. D.

312

40
Cū familia Titurnia necessitudo mihi intercedit uetus: ex qua reliquus est M. Titurnius Rufus, qui mihi omni diligentia atq; officio est tuendus. Est igitur in tua potestate, ut ille in me satis sibi præcipui putet esse. Quapropter eum tibi commendo maiorem in modum, & abs te peto, efficias, ut is commendationem hanc intelligat sibi magno adiumento fuisse. Erit id mihi uehementer gratum. Vale.

M. T. C. ANCHARIO QV. F

PROC. S. P. D.

313

41
Lucium & Caium Aurelios Lucij filios, quib. & ipsis & patre eorum uiro optimo familiarissime tutor, commendo tibi maiorem in modum, adolescentes omnib. optimis artibus ornatos, meos per necessarios, tua amicitia dignissimos. Si ulla mea apud te commendatio ualuit, quod scio multas plurimum ualuisse: hæc ut ualeat rogo. Quod si eos honorifice liberaliterq; tractaris: & tibi gratissimos optimosq; adolescentis adiuuaueris, & mihi gratissimū feceris. Vale.

c

M. T.

314 M. T. C. CVLEOLO S. P. D.

42

Quæ fecisti Luceij causa, scire te placere uolo, et homini gratissimo cōmodasse: et cū ipse quæ fecisti, pergrata sunt, tū Pompeius, quotiescumque me uidet (uidet autem sæpissime) gratias tibi agere singulareis. Addo etiam illud, quod tibi incundissimum esse certo scio, meipsum ex tua erga Luceiū benignitate, maxima uoluptate affici. Quod superest, quæquam mihi non est dubium, quin cū antea nostra causa, nunc iam etiā tuæ constantiæ gratia, mansurus sis in eadem ista liberalitate, tamen abs te uehementer etiam atque etiam peto, ut ea, quæ initio ostendisti, deindeq; fecisti, etiam ad exitū augeri et cumulari per te uelis. Id et Luccio et Pompeio ualde gratum fore, teque apud eos, præclare positurum confirmo et spondeo. De Repub. deque his negocijs, cogitationibusque nostris perscripserā ad te diligenter paucis ante diebus, easque literas dederam pueris tuis. Vale.

M. T. C. L. CVLEOLO PROC.

315

S. P. D.

43

Luceius meus familiarissimus, homo omnium gratissimus, mirificas tibi apud me gratias egit, cū diceret omnia te et accumulatisime et liberalissime procuratoribus suis pollicium esse. Cum oratio tua tam ei grata fuerit, quam gratam rem ipsam existimas fore, cum, ut spero, quæ pollicitus es, feceris: Ommino Bylliones ostenderunt sese Luccio Pompeij arbitratu satisfacturos: sed uehementer opus est nobis et uoluntatem et auctoritatem et imperium tuum accedere. Quod ut facias, te etiam atque etiam

rogo

rogo. Illudq; mihi gratissimum est, quod ita sciunt Lucij procuratores, et ita Luccius ipse ex literis tuis, quas ad eum misisti, intellexit, hominis nullius apud te auctoritatem, aut gratiā ualere plus, quam meam. Id ut re experiat, iterum et sapius te rogo. Vale.

M. T. C. QV. GALLO

S. P. D.

316

44
Etsi plurimis reb. spero fore, ut perspicia, quod tamen iam pridem perspicio, me a te amari: tamen nunc ea causa tibi datur, in qua facile declarare possis tuam erga me beneuolentiam. Lucius Oppius Marci filius Philomeli negociatur, homo mihi familiaris: cum tibi unice comendo, eoq; magis, quod cum ipsum diligo, tum quod negocia procurat Lucij Egnatii Rufi, quo ego uno equite Romano familiarissime uitor, et qui cum consuetudine quotidiana, tum officijs, plurimis maximisq; mihi coniunctus est. Oppium igitur presentem ut diligas: Egnatii absentis rem ut tueare, ac que a te peto, ac si mea negocia essent. Velim memoriæ tuæ causa des literarum aliquid, quæ tibi in prouincia reddantur: sed ita conscribas, ut tum, cum eas leges, facile recordari possis huius meæ comendationis diligentia. Hoc te uehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

M. T. C. QV. GALLO S. P. D.

317

45
Etsi ex tuis et ex Lucij Oppij familiarissimi mei literis cognoui, te memorē comendationis meæ fuisse: idque pro tua summa erga me beneuolentia, quoque nostra necessitudine, minime sum admira-

c 2

tus :

tus: tamen etiā atq; etiam tibi Luciū Oppium praesentem, & Lucij Egnacij mei familiarissimi absens negotia cōmendo. Tanta mihi cum eo necessitudo est familiaritasq; ut si mea res esset, non magis laborarem. Quapropter mihi gratissimū feceris, si curaris, ut is intelligat me a te tantū amari, quantum ipse existimo. hoc mihi gratius facere nihil potes. Idq; ut facias, uehementer te rogo. Vale.

M. T. C. APVLEIO PROQVAE

318

STORI S. P. D.

46

Lucio Egnatio uno equite Romāo uel familiarissime utor. Eius Anchilaū seruū, negotiaq; quae habet in Asia, tibi cōmendo; non minore studio, quā si rem meā cōmendarem. Sic enim existimes uelim mihi cum eo non modo quotidianam consuetudinem summā intercedere, sed etiam officia magna & multa nostra inter nos esse. Quamobrē etiam atque etiā a te peto, ut cures, ut is intelligat, me ad te satis diligenter scripsisse. Nam de tua erga me uoluntate non dubitat. Id ut facias, te etiam atq; etiam rogo. Vale.

M. T. C. APVLEIO PROQVAE

319

STORI S. P. D.

47

Lucius Nostius Zoilus est cohæres meus, hæres autē patroni sui ea re utrunq; scripsi, ut & mihi cum illo causam amicitiae scires esse, & hominem probum existimares, qui patroni iudicio ornatus esset. Eum tibi igitur sic cōmendo, ut unum ex nostra domo. Valde mihi gratum erit, si curaris, ut intelligat hanc meam cōmendationem sibi apud te magno adiumento fuisse.

M. T.

M. T. C. SILIO S. P. D. 320

Quid ego tibi commendem eū, quem tu ipse diligis? Sed tamen ut scires cum non a me diligis solum, uerum etiam amari, ob eam rem tibi hæc scribo. Omnium tuorum officiorum, quæ & multa et magna sunt, mihi gratissimum fuerit, si ita tractaris Egnatium, ut sentiat & se a me, & me a te amari. Hoc te uehementer etiam atq; etiam rogo. Illa nostra scilicet ceciderunt. Utamur igitur uulgari consolatione. Quid si hoc melius? Sed hæc coram. Tu fac quod facis, ut me ames, teq; amari a me scias. Vale.

48

M. T. C. SEXTILIO RVFO
QVAESTORI S. P. D. 322

Mneis tibi commendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu quæcūq; commodaris, erunt mihi gratissima. Eoq; facio libentius, ut eos tibi commendem, quod & tuæ laudi, cuius ego fautor sum, conducere arbitror, cum primum in eam insulam Quæstor uenero, ea te instituere, quæ sequantur alij: quæ, ut spero facilius consequere, si & Publij Lentuli necessarij tui legem, & ea, quæ a me constituta sunt, sequi uolueris. Quam rem tibi confido magnæ laudi fore. Vale.

49

CICERO CVRIO PROC.
S. P. D. 322

Quintus Pompeius Sexti filius multis & ueteribus causis necessitudinis mihi coniunctus est. Is cum antea meis commendationibus & rem & gratiam & autoritatem suam tueri consueuerit, nunc

50

e 3

pro

profecto te prouinciam obtinente meis literis assequi debet, ut nemini se intelligat commendatiorem inquit fuisse. Quamobrem a te maiorem in modum peto, ut cum omneis meos æque, ac tuos obseruare pro tua necessitudine debeas, huc imprimis ita in tuam fidem recipias, ut ipse intelligat, nullam rem sibi maiori usui aut ornamento, quam meam commendationem esse potuisse. Vale.

323 M. T. C. ARISTO PROC. S. D.

Symphi hoc mihi pro tua in me obseruantia, quam penitus perspexi, quamdiu Brundisij fuius, ut ad te familiariter. Et quasi pro meo iure scriberem si qua res esset, de qua ualde laborarem. M. Curius, qui Patris negociatur, ita mihi familiaris est, ut nihil possit esse coniunctius. Multa illius in me officia: multa in illum mea quoque: Et, quod maximum est, summus inter nos amor Et mutuus. Quæ cum ita sint, si ullam in amicitia mea spem habes: si ea, quæ in me officia et studia Brundisij contulisti, uis mihi etiam graviora efficere, quanquam sunt gratissima: si me a tuis omnibus amari uides, hoc mihi da atque largire, ut M. Curius sartum Et tectum, ut aiunt, ab omni incommodo, detrimento, molestia sincerum, integrumque conserues. Et ipse spondeo Et omnes hoc tibi tui pro me recipiunt, ex mea amicitia Et ex tuo in me officio maximum te fructum, summamque uoluptatem esse capiturum. Vale.

324 M. T. C. P. CAESIO S. D.

Publium Messenium equitem Romanum, omnibus rebus ornatum, meumque per familiaritatem tibi com-

commendo ea commendatione, quæ potest esse diligentiſſima. Peto a te & pro noſtra, & pro paterna amicitia, ut cum in tuam fidem recipias, cuiusq; rem, ſamamq; tuare. Virum bonum tuæq; amicitia dignum tibi adiunxeris, mihiq; gratiſſimum feceris. Vale.

CICERO REGI S.

325

Avlus Licinius Ariſtoteles Melitenſis, antiquiſſimus eſt hoſpes meus, & præterea coniunctus magno uſu familiaritatis. Hæc cum ita ſint, non dubito, quin tibi ſatis commendatus ſit. Etenim ex multis cognoſco meam commendationem plurimum apud te ualere. Hunc ego a Cæſare liberaui. Frequens enim fuerat nobiſcum: atq; etiam diutius in cauſſa eſt, quam nos commoratus: quo melius te de eo exiſtimaturum arbitror. Fac igitur mi Rex, ut intelligat has ſibi litteras plurimum profuiſſe.

53

M. T. C. Q. THERMO

PROPR. S. D.

326

Lucio Gemicilio Curuo iam pridè familiariffime Lutor, optimo uiro, & homine gratiſſimo. Eū tibi penitus cōmendo atq; trado. Primum, ut omnibus in rebus ei te cōmodes, quoad fides tua dignitasq; patietur: patietur autē in omnibus: nihil enim abs te unquam, quod ſit alienū tuis, aut etiam ſuis moribus poſſit ſubſtare. Præcipue autem tibi commendo negocia eius quæ ſunt in Helleſponto: primum, ut obtineat id iuris in agris, quod ei Patriana ciuitas decreuit & dedit, & quod ſemper obtinuit ſine ulla controuerſia. dein, ſi quid habebit cū aliquo Helleſpontio controuerſia,

54

c 4

ſiæ.

fiat, ut in illam *ἐν τὴν αὐτὴν* reijcias. Sed non mihi uideor, cum tibi totum hominem diligentissime commendarim, singulas ad te eius causas perferbere debere. Summa illa sit, quicquid officij, beneficij, honoris tu Genucilium contuleris, id te existimabo in me ipsum atq; in rem meam contulisse. Vale.

M. T. C. Q. THERMO

327

PROP. S. P. D.

Cum mihi multa grata sūt, quæ tu adductus mea commendatione fecisti: tum in primis, quod mihi Marcilium amici atq; interpretis mei filium liberalissime tractasti. Venit enim Laodiceam, & tibi quod me, mihiq; propter te gratias maximas egit. Quare, quod reliquum est, a te peto, quando apud gratos homines beneficium ponis, ut eo libentius his commendes operamq; des, quoad fides tua patietur, ut foetus adolescentis reane fiat. Ego cū antea studiose cōmiseram Marcilium, tum nunc multo studiosius: quod in longa apparitione, singularem & prope incredibilem patris Marcilij fidem, abstinentiam, modestiamq; cognoui. Vale.

M. T. C. Q. THERMO

328

PROPR. S. D.

Et si mihi uideor intellexisse, cū tecum Ephesi de re Marci Anneij legati mei locutus sum, te ipsius causa uehementer omnia uelle: tamen & M. Anneium tanti facio, ut mihi nihil putem præmittendum quod illius intersit: & me a te tanti fieri puto, ut nō dubitem, quin ad tuam uoluntatem magnus cumulus accedat.

accedat commendationis meæ. Nam cum iam diu diligere[m] M. Anneium, deq[ue] eo sic existimarem, ut res declarat, quod ultro ei detulerim legationem, cū multis iam potentibus denegassem tum uero postea quam mecum in bello, atq[ue] in re militari fuit, tantā in eo uirtutem, prudentiam, fidem, tantamq[ue] erga me beneuolentiam cognoui, ut hominem neminem pluris faciā. Eum cum Sardinis habere controuersia[m] scis, causam tibi exposuimus Ephe[si]: quam tu tamen coram facilius, meliusq[ue] cognosces. De reliquo mihi mehercule diu dubium fuit, quid ad te potissimum scriberem. Ius enim, quemadmodum dicas, clarum, & magna cū tua laude notum est. Nobis autē in hac causa nihil aliud opus est, nisi te ius instituto tuo dicere. Sed tamen cum meron fugiat, quanta sit in Prætoris autoritas, præsertim ista integritate, grauitate, clementia, qua te es se inter omnes constat: peto abs te pro nostra coniūctissima necessitudine, plurimisque officiis paribus, ac mutuis, ut uoluntate, autoritate, studio tuo perficias, ut M. Anneius intelligat, te & sibi amicum esse, quod non dubitat. sæpe enim mecum locutus est: & multo amiciore[m] his meis literis esse factum: In tuo toto imperio, atq[ue] prouincia nihil est, quod mihi gratius facere possis. Iam, apud ipsum gratissimum hominem, atque optimum uirum, quam bene positurus sis studium tuum, atq[ue] officium, dubitare te non existimo. Vale.

M. T. C. Q. THERMO

PROPR. S. D.

329

Caius Cluius Putolanus ualde me obseruat, ualdeq[ue] est mihi familiaris. Is ita sibi persuadet:
e 5 quod

57

quod in tua provincia negocij habeat, nisi te provinciam obtinente meis commendationibus conferret, id se in perditis & desperatis habiturum. Nunc quid mihi ab amico officiosissimo tantū oneris imponatur, ego tibi quoque imponā pro tuis in me summis officijs: ita tamen, ut tibi nolim molestus esse. Mylasij et Alabandenses pecuniam Cluio debent. Dixerat mihi Euthydemus, cum Epbesi essem, se curaturum, ut Ecdici Mylasij Romam mitterentur. Id factum non est. Legatos audio missos esse: sed malo Ecdicos, ut aliquid confici possit. Quare peto a te, ut eos & Alabandenses iubeas Ecdicos Romam mittere. Præterea Philotes Alabandensis & Odryas Cluio de ditione commissæ sunt. Cures uelim, ut aut de hypothecis cedat, easque procuratoribus Cluij tradat: aut pecuniam soluat. Præterea Heracleota & Bargyleta, qui item debent, aut pecuniam soluant, aut fructibus suis satisfaciant. Caunij præterea debent: sed aiunt se depositam pecuniam habuisse. Id uelim cognoscas: et, si intellexeris eos, neque ex dicto, neque ex decreto depositam habuisse, des operam, ut usurae Cluio, institutio tuo conseruentur. His de reb. eo magis laboro, quod agitur res Cn. Pompeij etiā nostri necessarii, et quod is magis etiam mihi laborare uidetur, quam ipse Cluius: cui satisfactum esse a nobis ualde uolo. His de rebus uehementer te etiam atque etiam rogo. Vale.

M. T. C. Q. THERMO

PROP. S. P. D.

330

58 **Q**uo magis quotidie ex literis, nunciusque bellum magnum esse in Syria cognosco, eo uehementer
tius

tus a te pro nostra necessitudine contendo, ut mihi
M. Anneium legatum primo quoque tempore remittas
Nam eius opera, consilio, scientia rei militaris uel ma-
xime intelligo me & Rempublicam adiuuari posse.
Quod nisi tanta res eius ageretur, nec ipse adduci po-
tuisset, ut a me discederet: neque ego, ut cum a me dimit-
teretur. Ego in Ciliciam proficisci cogito circiter Ca-
lendas Maij. Ante eam diem Anneius ad me redeat
oportet. Illud quod tecum & coram & per literas
diligentissime egi, id & nunc etiam atque etiam rogo,
cura sit tibi, ut suum negocium, quod habet cum popu-
lo sordiano, pro causa ueritate et pro sua dignitate
conficiat. Intellexi ex tua oratione, cum tecum Ephe-
sus locutus sum, te ipsius M. Anneij causa omnia uelle.
Sed tamen sic uelim existimes, te mihi nihil gratius fa-
cere posse, quam si intellexero per te illum, ipsum ne-
gocium ex sententia confecisse Idque, quam primum ut
efficias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

M. T. C. TITIO L. F. RVFO PR.

VRBANO. S. 332

Lucius Cuspidius et tribulis & municeps et fami-
liaris meus. Is causam habet, quam causam ad te
deferri. Commendo tibi hominem, sicuti tua fides &
meus pudor postulat, tantum ut facileis aditus ad te
habeat, quae postulabit aequa, ut iubente te impetret:
petatque meam sibi amicitiam, etiam cum longissime
estum prodesse, in primis apud te. Vale.

M. T. C. C. CVRTIO PEDVCEANO
PRAETORI S. D. 332

Marcum Fabium unice diligo, summaque mihi
cum eo consuetudo & familiaritas est per-
uctus,

uetus. In eius controuersijs quid decernas, a te non peto (seruabis, ut tua fides & dignitas postulat, edictum & institutum tuum) sed ut quam facilimos ad te aditus habeat: quæ erunt æqua, ut iubente te impetret, ut meam amicitiam sibi, etiam cum procul distim, prodesse sentiat, præsertim apud te. Hoc te benebementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

M. T. C. C. MVNATIO C. F.

333

S. P.

Lucilius Liuincius Trypho est omnino L. Regulus familiarissimus mei libertus, cuius calamitas erit officiosior me facit in illum: nam beneuolentior, quam semper fui, esse non possum. Sed ego libertum eius per se ipsum diligo. Summa enim eius erga me officia extiterunt his nostris temporibus, quibus facilius me bonam beneuolentiam hominum & fidem perspicere potui. Eum tibi ita commendo, ut homines grati & memores bene meritos de se commendare debeant. Pergratum mihi feceris, si ille intellexerit, se, quod pro salute mea multa pericula adierit, sæpe hyeme summa nauigarit, pro tua erga me beneuolentia gratum etiam tibi fecisse. Vale.

M. T. C. P. SILIO PROPR.

334

S. D.

Tito Pinnio familiarissime, me usum esse, scire te arbitror: quod quidem ille testamento declarauit, qui me tum tutorem, tum etiam secundum hanc redem instituerit. Eius filio mire studioso & eruditissimo & modesto pecuniam Nicensis grandem debent

ad H-S. octogies: & ut audio, in primis uolunt ei sol-
uere. Per gratum igitur mihi feceris, quando non mo-
do reliqui tutores, qui sciunt, quanti me facias, sed &
iam puer ipse sibi persuasit, te omnia mea causa fa-
cturum esse: si dederis operam, quoad tua fides, dignis-
simè patietur, ut quamprimum pecunia Pinnio soluatur
Niccensium nomine. Vale.

M. T. C. P. SILIO PROPR.

S. P. D.

335

ET in Attilij negotio te amaui: cum enim sero uen-
issem, tamen honestum equitem Romanum bene-
ficio tuo conseruauit: & mehercule semper sic in a-
nimo habeo, te in meo aere esse propter Lamia nostri
conuentionem & singularem necessitudinem. Itaque
primum ago tibi gratias, quod me omni molestia libe-
ras. Deinde impudentia prosequor: sed idem sarciam.
Te enim semper sic colam & tuebor, ut quam dili-
gentissime. Quintum fratrem meum, si me diligis, co-
muni cura ut habeas, quo me. Ita magnum beneficia
me tuum magno cumulo auxeris. Vale.

M. T. C. P. SILIO PROPR.

S. P. D.

336

NON putavi fieri posse, ut mihi uerba deessent:
sed tamē in C. Lenio cōmendando desunt. Itaque
tibi exponam paucis uerbis: sed tamen ut plane
perspicere possis uoluntatem meam. Incredibile est,
quanti faciamus & ego & frater meus, qui mihi cari-
ssimus est, C. Lenium: id fit cum plurimis eius offi-
ciis, cum & summa eius probitate, & singulari mo-
destia

destia. Eum ego a me inuitissimus dimisi, tum propter familiaritatem & consuetudinis suauitatem: tu quod consilio eius fideli ac etiam bono libenter uterbar. Sed uereor, ne iam mihi superesse uerba putes, quæ dixeram defutura. Commendo tibi hominem, si cut intelligis me, de quo ea supra scripserim, debere cōmendare. A teq; uehementer etiam atq; etiam peto, ut quod habet in tua prouincia negotij, expedit, quod tibi uidebitur rectum esse, ipsi dicas. Hominem faciliimum liberalissimumq; cognosces. Itaq; te rogo, ut eum solutum, liberumq; confectis eius negotijs per te quamprimū ad me remittas, id mihi fratriq; meo gratissimum feceris. Vale.

M. T. C. P. SILIO PROPR.

337

S. P. D.

Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibiles, ut nullum honorē sibi haberi potuisse diceret, qui a te prætermisus esset. Magnū fructum ex ipso capies: nihil est enim illo adolescentē grauius. Sed meberecule, mihi quoq; gratissimū fecisti. Pluris enim ex omni nobilitate neminem facio. Itaq; si ea feceris, quæ ille per me tecum agi uoluit, gratissimum mihi feceris. Primum de Pausania Alabandensi, sustentēs rem, dum Nero ueniat: uehementer enim eius causa cupere eum intellexi. Itaq; hoc ualde te rogo. Deinde Nisæos, quos Nero in prīmīs habet necessarios, diligentissimeq; tueri, ac defendit, habes tibi commendatissimos: ut intelligat illa ciuitas sibi in Neronis patrociniū summū esse præstitū. Strabonem Seruiliū tibi sæpe commendauit:

nunc

nunc eo facio id impensius, quod eius causam Nero suscepit. Tantum a te petimus, ut agas eam rem, nec relinquantur hominem innocentem ad alieuius tui dissimilis quaestum. id tui gratum mihi erit, tui etiam existimabo te humanitate tua esse usum. Summa huius epistolae haec est, ut ornes omnibus rebus Neronem, sicut instituiisti ac fecisti. Magnum theatrum habet ista provincia, non ut haec nostra, adolescentis nobilis, ingeniosi, abstinentis commendationem atque gloriam. Quare si te fauore usus erit, sicut et profecto utetur, et usus est, amplissime clientelas acceptas a maioribus confirmare poterit, et beneficiis suis obligare. Hoc in genere si cum adiueris eo studio, quo optendisti: apud ipsum praeclarissime posueris: sed mihi etiam gratissimum feceris. Vale.

M. T. C. P. SILIO PROPR.

S. P. D.

338

66
Cym P. Terentio Hispone, qui operas in scriptura pro magistro dat, mihi summa familiaritas consuevit: et multa; et magna inter nos officia paria et mutua intercedunt. Eius summa existimatio agitur in eo, ut pactiones cum ciuitatibus reliquis conficiat. Non me praeterit, nos eam rem Ephesi expertos esse, neque ab Ephesijs ullo modo impetrare potuisse. Sed quando, quemadmodum omnes existimant, et ego intelligo, tua cum summa integritate, tum singulari humanitate et mansuetudine consecutus es, ut libentissimis Graecis nutu, quod uelis consequare: peto te maiorem in modum, ut honoris mei causa hac laudem Hispani affici uelis. Praeterea cum socijs scripturae mihi

mibi summa necessitudo est, non solum ob eam causam quod ea societas uniuersa in mea fide est, sed etiam quod plerisque socijs familiarissime utor. Ita & Hispanum meum per me ornaris, & societatem mihi coniunctiorem faceris: tuq; ipse & ex eius obseruantia gratissimi hominis, & ex sociorum gratia hominum amplissimorum maximum fructum capies, & me summo beneficio affeceris. Sic enim uelim existimes, ex tota tua prouincia, omniq; isto imperio nihil esse quod mihi gratius facere possis. Vale.

M. T. C. P. SERVILIO

339

S. P. D.

67

Avlum Cæcinnam maxime proprium clientem familiaria uestra non commendarem tibi, cum scirem qua fide in tuos, qua clementia in calamitosos sociales esse: nisi me & patris eius, quo sum familiarissimus usus, memoria, & huius fortuna ita moueret, ut hominis, omnibus mecum studijs, officijsq; coniunctissimum mouere debebat. A te hoc omni contentione peto, sic, ut maiore cura, maiore animi labore pertere non possim, ut ad ea, quæ tua sponte sine cuiusquam commendatione faceres in hominem tantum, & talem calamitosum, aliquem afferant cumulum meæ literæ, quo studiosius eum, quibuscumq; rebus possis, iuues. Quod si Romæ fuisses, etiam salutem Auli Cæcinnæ essemus (ut opinio mea fert) per te consecuti. De qua tamen magnam spem habemus, freti clementia collegæ tui. Nunc quando iusticiam tuam secutus, tutissimum sibi portum prouinciam istam duxit esse: etiam atq; etiam rogo te, atq; oro, ut

ut

ut enī & in reliquis ueteris negociationis colligen-
dis iuues, & ceteris rebus tegas atq; tueare. Hoc mi-
hi gratius facere nihil potes. Vale.

M. T. C. P. SERVILIO S. D. 340

68.
EX prouincia mea Ciliciensi, cui scis regis donum
Asiaticas attributas fuisse, nullo sum fami-
liarius usus, quam Androne Arthemonis filio Laodia-
censi: enīq; habui in ea ciuitate tum hospitem, tum ue-
hementer ad meā uitæ rationem & consuetudinem
accommodatum. Quē quidem multo etiā pluris postea
quā discessi, facere cæpi, quod multis rebus expertus
sum gratū hominem, meiq; memorem. Itaq; eum Ro-
mæ libentissime uidi. Non enim te fugit, qui plurimis
in ista prouincia benigne fecisti, quā multi grati repe-
riantur. Hæc propterea scripsi, ut me non sine causâ
laborare intelligeres, & tu ipse eum dignum hospitio
tuo iudicares. Feceris igitur mihi gratissimū, si ei de-
clararis, quanti me facias: id est, si receperis cum in-
fidē tuam, & quibuscunq; rebus honeste ac sine mole-
stia tua poteris, adiueris. Hoc mihi uehementer erit
gratū. Idq; ut facias, te etiā atq; etiam rogo. Vale.

M. T. C. P. SERVILIO ISAVRICO
PROC. COLLEGAE S. P. D. 341

69
GRatæ mihi uehementer tuæ literæ fuerunt: ex
quibus cognoui cursus nauigationum tuarum.
Significabas enim memoriam tuam nostræ necessitu-
dinis: qua mihi nihil poterat esse incundius. Quod re-
liquum est, multo etiam erit gratius, si ad me de Re-
f publica

publica, id est, de statu prouinciæ, de institutis tuis familiariter scribes. Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissime ex tuis literis cognoscam. Ego ad te, de Republicæ summa quid sentiam, non sæpe scribam propter periculū eiusmodi litterarum. Quid agatur autē, scribam sæpius. Sperare tamen uideor, Cæsari collegæ nostro fore curæ et esse, ut habeamus aliquam Rempublicam, cuius consilijs magis reseruat te interesse. Sed tibi utilius est, id est, gloriosius, Asiæ præesse, et istam partem Reipublicæ male affectam ueri: mihi quoque idem, quod tibi et laudi tuæ profuturū est, optatius debet esse. Ego, quæ ad tuam dignitatem pertinere arbitrabor, summo studio, diligentiaque curabo: imprimisque tuebor omni obseruantia clarissimum uirum patrem tuū, quod et pro uetustate necessitudinis, et pro beneficijs uel stris, et pro dignitate ipsius facere debeo. Vale.

M. T. C. P. SERUIL. COL
LEGAE S. D.

342

79

Caius Curtius Mithres est ille quidem, ut scis, libertus Posthumij familiarissimi mei: sed me colit et obseruat æque, atque illum ipsum patronum suum. Apud eum ego sic Epheci fui, quotiescunque fui, tanquam domi meæ. Multaque acciderunt, in quibus et beneuolentiam eius erga me experirer et fidem. Itaque, si quid aut mihi aut meorum cuipiam in Asia opus est, ad hunc scribere consueui, huius cum opera et fide, tum domo et re uti, tanquam mea. Hæc ad te eo pluribus scripsi, ut intelligeres me non uulgari

gari

gariter nec ambitiose, sed ut pro homine intimo, ac mihi perneccessario scribere. Peto igitur a te, ut in ea controuersia, quam habet de fundo, cum quodam Colophonio, & in cæteris rebus quantum fides tua patietur, quantumq; tuo commodo poteris, tantum ei honoris mei causa commodes: etsi, ut eius modestiam cognoui, grauis tibi nulla in re erit. Si & mea commendatione & sua probitate affectus erit, uti de se bene existimes, omnia se adeptū arbitrabitur. Vt igitur cum recipias in fidem, habeasq; in numero tuorum, te uehementer etiam atq; etiam rogo. Ego quæ te uelle, quæq; ad te pertinere arbitror, omnia studiosè diligenterq; curabo. Vale.

M. T. C. P. SERVILIO COL.

LEGAE S. P. D.

343

Quia non est obscura tua in me beneuolentia, sic fit, ut multi per me tibi uelint commendari. Ego autem tribuo nonnunquam in uulgus: sed plerumque necessarijs, ut hoc tempore. Nam cum Tito Appio Balbo mihi summa familiaritas, necessitudoq; est. Eius libertum Titum Appium Menandrum, hominem frugi & modestū, & patrono & nobis uehementer probatum, tibi commendo maiorem in modum. Uehementer mihi gratum fceeris, si quibuscunq; rebus sine tua molestia poteris, ei commodaris. Quod ut facias, te uehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

M. T. C. P. SERVILIO COL.

LEGAE S. P. D.

344

f 2

Mula

Multos tibi commendem necesse est, quando omnibus nota nostra necessitudo est, tuque in me benevolentia. Sed tametsi omnium causa, quos commendando, uelle debeo: tamen cum omnibus non eadem mihi causa est. Titus Agusius et comes meus fuit illo miserrimo tempore, et omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum meorum socius. Neque hoc tempore discessisset a me, nisi ego ei permissem. Quare sic eum tibi commendo, ut unum de meis domesticis et maxime necessariis. Pergratum mihi fueris, si eum ita tractaris, ut intelligat banc commendationem sibi magno usui atque adiumento fuisse. Vale.

M. T. C. P. SERVILIO COLA

345

LEGAE S. D.

Cereliae necessariae meae rem, nomina, possessiones, res Asiaticas commendaui tibi praesens in horis tuis, quam potui diligentissime: tuque mihi pro tua consuetudine, pro tuis in me perpetuis, maximisque officiis omnia te facturum liberalissime recepisti. Meminisse te id spero: scio enim solere. Sed tamen Cereliae procuratores scripserunt, te propter magnitudinem provinciae, multitudinemque negotiorum etiam atque etiam esse commonefaciendum. Peto igitur, ut memineris, te omnia, quae tua fides patietur, mihi cumulate recepisse. Equidem existimo te habere magnam fidei cultatem (sed hoc est tui consilij et iudicij) ex eo senatusconsulto, quod in haereditate C. Venonij factum est, Cereliae commodandi. id senatusconsultum tu interpretabere pro tua sapientia. Scio enim eius ordinis auctoritatem semper apud te magni fuisse. Quod reliquum

quum

quum est, sic uelim existimes, quibuscumq; rebus Cere-
lia benigne feceris, mihi te gratissimum esse factu-
rum. Vale.

M. T. C. Q. PHILIPPO PRO-
CONS. S. P. D.

346

Gratulor tibi, quod ex prouincia saluū te ad tu-
os recepisti incolumi fama et Republica. Quod
si Romæ te uidissem, coram gratias egissem, quod tibi
L. Egnatius familiarissimus meus absens, L. Oppius
presens curæ fuisset. Cum Antipatro Derbete mihi
nō solum hospitium, uerum etiam summa familiaritas
intercedit. Ei te uehementer succēsisse audiui et mo-
lesse tuli. De re nihil possum iudicare, nisi illud mihi
certe persuadeo, te talē uirū nihil temere fecisse. A te
autem pro uetere nostra necessitudine etiā atq; etiam
peto, ut eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi po-
tissimum condones: nisi quid existimas in ea re uiolari
existimationem tuam. Quod ego si arbitrarer, nun-
quam te rogarem: mihiq; tua fama multo antiquior
esset, quam illa necessitudo est. Sed mihi ita persuadeo
(potest fieri ut fallar) eam rem laudi tibi potius, quā
uituperationi fore. Quid fieri possit, et quid mea caus-
sa facere possis (nam quin uelis, non dubito) uelim, si
tibi graue non erit, certiore me facias. Vale.

74

M. T. C. Q. PHILIPPO PRO-
CONS. S. P. D.

347

Etsi non dubito pro tua in me obseruantia, proq;
nostra necessitudine, quin commendationem me-
f 3

am

75

am memoria teneas: tamen etiam atq; etiam eundem
tibi L. Oppium familiarem meum præsentem, & L.
Egnatij familiarissimi mei absentis negocia commen-
do. Tanta mihi cum eo necessitudo est, familiaritasq;
ut si mea res esset, nõ magis laborarem. Quapropter
gratissimum mihi feceris, si curaris, ut is intelligat
me a te tantum amari, quantum ipse existimo. Hoc
mihi gratius facere nihil potes. Idq; ut facias, te uehe-
menter rogo. Vale.

M. T. C. T. TITIO TITI F.

348

LEGATO S. D.

76

Et si non dubito, quin apud te mea commendatio
prima satis ualeat: tamẽ obsequor homini famili-
arissimo C. Auiano Flacco, cuius caussa omnia tum cu-
pio, tũ mehercule etiam debeo. De quo & præsens te
cum egi diligenter, cum tu mihi humanissime respon-
disti: & scripsi ad te accurate antea: sed putat inter-
esse sua, me ad te quam sæpius scribere. Quare ue-
lim mihi ignoscas, si illius uoluntati obtemperans, mi-
nus uidebor meminisse cõstantiæ tuæ. A te idem illud
peto, ut de loco, quo deportet frumentum, & de tem-
pore, Auiano cõmodes. quorum utrumq; per eundem
me obtinuit triennium, dũ Pompeius isti negocio præ-
fuit. Summa est, in quo mihi gratissimum facere pos-
sis, si curaris, ut Auianus, quando se a me amari pu-
tat, me a te amari sciat. Erit id mihi pergratũ. Vale.

M. T. C. QVATVORVIRIS, ET

349

DECVRIONIBVS S. D.

77

TAntæ mihi cum Qu. Hippius caussæ necessitu-
dinis sunt, ut nihil possit esse coniunctius, quam
nos

nos inter nos sumus. Quod nisi ita esset, uterer mea cōsuetudine, ut uobis nulla in re molestus essem. Etenim nos tibi optimi testes es,si, quanquā tibi persuasum esset, nihil esse quod a uobis impetrare non possem, nunquam me tamen grauem uobis esse uoluisse. Vchementius igitur uos etiam atq; etiam rogo, ut honoris mei causa liberalissime. C. Valgium Hippianum tractetis, remq; cum eo conficiatis, ut quam possessionem habet in agro Fregellano, a uobis emtam, eam liberam & immunem habere possit. Id si a uobis impetraro, summo me beneficio uestro affectum arbitror. Valete.

M. T. C. SVLPITIO IMP.

S. P. D.

350

Cum his temporibus non sane in senatum uēitarem, tamen ut tuas literas legi, non existimaui me saluo iure nostræ ueteris amicitiae, multorumq; inter nos officiorū facere posse, ut honori tuo deessem. Itaq; affui, supplicationemque tibi libenter decreui: nec reliquo tempore ullo aut rei aut existimatiōi, aut dignitati tuæ deero. Atq; ut hoc tui necessarij sciant, hoc me animo erga te esse, uelim facias eos per literas certiores, ut si quid tibi opus sit, ne dubitēt tibi iure suo denunciare. M. Bollandū uirum bonum & fortem, & omnib. reb. ornatum, meumq; ueterem amicū tibi magnopere cōmendo. Pergratum tibi feceris, si curaris, ut is intelligat hanc commendationem sibi magno adiumento fuisse. Ipsumq; uirū optimū grauissimūq; cognoscas. Promitto tibi, te ex eius amicitia magnam uoluptatem esse capturū. Propterea a te peto maiore

f 4

in

78

in modum pro nostra amicitia, & pro tuo perpetuo in me studio, ut in hac re etiam elaborares. Dionysius seruus meus, qui meam Bibliothecam multorum numerorum tractauit, cum multos libros surripisset, nec se impune laturum putaret, aufugit. Is est in provincia tua. Eum & M. Bolanus familiaris meus, & multi alij Narrone uiderunt. Sed cum se a me manu missum esse diceret, crediderunt. Hunc tu si mihi restituendum curaueris, non possum dicere, quam mihi gratum futurum sit. Res ipsa parua, sed animi mei dolor magnus est. Vbi sit, & quid fieri possit, Bolanus te docebit. Ego si hominem per te recuperaro, summo me a te beneficio affectum arbitror. Vale.

M. T. C. ALLIENO PROC.

351

S. P. D.

79
Democritus Sicionius non solum hospes meus est sed etiam, quod non multis contigit, Graecis praesertim, ualde familiaris. Est enim in eo summa probitas, summa uirtus, summa in hospites liberalitas et obseruantia meque praeter ceteris colit, & obseruat, et diligit. Eum tu non modo suorum ciuium, uerum etiam pene Achaiae principem cognosces. Huic ego tantum modo aditum ad tuam cognitionem patefacio et inuiuo. Cognitum, per te ipsum, quae tua natura est, dignum tua amicitia atque hospitio iudicabis. Peto igitur a te, ut his literis lectis recipias eum in tuam fidem: pollicare omnia te facturum mea causa. De reliquo, si id quod confido, fore dignum eum tua amicitia, hospitioque cognoueris: peto, ut eum complectare, diligas, in tuis habeas. Erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

M. T.

M. T. C. ALLIENO PROCON-
SVLI S. P. D.

352

ET te scire arbitror, quanti fecerim C. Auiantum
Flaccum: & ego ex ipso audieram optimo &
gratissimo homine, quam a te liberaliter esset tracta-
tus. Bius filios dignissimos illo patre, meosq; necessa-
rios, quos ego unice diligo, commendo tibi sic, ut ma-
iore studio nullos commendare possim. C. Auianus in
sicilia est. Marcus est nobiscum. Vt illius dignitatem
presentis ornes, rem utriusq; defendas, te rogo. Hoc
mibi gratius in ista prouincia facere nihil potes. Idq;
ut facias, te uehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

80

MARCI TVLLII
CICERONIS EPISTOLARVM
LIBER AD TERENCEM,
VXOREM.

M. T. C. TERENCE, ET TVL-
LIAB, ET CICERONI,
SVIS S. P. D.

353

Literis multorum & sermone
omnium perfertur ad me incre-
dibilem tuam uirtutem & for-
titudinem esse, teque nec animi
nec corporis laboribus defatiga-
ri. Me miserum, te ista uirtu-
te, fide, probitate, humanitate,
in tantas arumnas propter me incidisse. Tullio
f 5 lam

1